



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Formvlae Qvaedam Cavte Et Citra Scandalum loquendi de
præcipuis Christianæ doctrinæ locis**

Rhegius, Urbanus


Bonnae, 1544

VD16 R 1801

urn:nbn:de:hbz:466:1-35397



Th. 1473.



FORMV=

LAE QVAEDAM CAV

TE ET CITRA SCANDA=

lum loquendi de præcipuis

Christianæ doctrinæ lo=

cis, pro iunioribus,

Verbi Mini=

stris,

I. Corinth. X.

Tales estote, ut nullum præbeatis offens=
diculum Ecclesiæ Dei.

M. BUCERVS.

BONNAE,

Apud Laurentium Mylium,

ANNO M. D. XLIII.

April 1. 1711
anno M. DC. XXI

CHRISTIANO LECTORI
SALVTEM.



TSI in omni sermone uiro prudenti, nedum Christiano, summa cura cauendū est, ne lingua mentem anteuertat, ut citra ordinem quiduis effutiat. In primis tamen Euāgelii ministros, acerrima diligentia, quę in Ecclesia Dei locuturi sunt, obseruare & quę ordinatissime proferre oportet, ne quod offendiculū præbeant simplicibus. Arduissima enim, ut scripturę testatur, prouincia est, terrore & periculis plena, in Ecclesia Dei uiuētis loqui, ubi procul dubio sedent filii Dei, quibus Angeli ministrant, vbi, ut in suo tabernaculo, ipse Dominus Deus est præsens, omnium inspector, spectātibus

A ij bus

bus Angelis & cunctis creaturis, magna ueneratione uerbum Dei audientibus. Sic enim iubet credere pietas, Omnia summe reuereri Verbum Dei, per quod facta sunt, præter hominẽ & diabolum, q̄ horribili ingratitude scelerẽ obsurduerũt, Quod diuus Hieronymus intelligens uere dixit, Grande periculum est in Ecclesia loqui, ne forte interpretatione peruersa, de Euangelio Christi, fiat Euangelium hominis, aut q̄ peius est, diaboli. Huc spectant grauissimę admonitiones Apostoli. Quoties conuenitis (inquit, I. Cor. 14.) omnia ad ædificationem fiant. Et ad Col. 4. Sermo uester semper cū gratia sit sale conditus. Et 2. Tim. 2. Stude te ipsum probatum exhibere Deo, operarium nõ erubescendum, recte secantem sermonem ueritatis. Quid hic aliud Paulus docet, quàm circūspectissimẽ

me

me & religiosissime tractāda esse, tremenda diuini uerbi mysteria, aut quē admodū Ambrosius monet, ut oportuno & loco & tempore, magistra modestia, religionis uerba pmantur. Nā si nostra incogitātia, nostrę fidei dogmata, aut uitiamus, aut mutila proferimus ad populū, nec recte secamus uerbum Dei, absq; dubio pœnas huius temeritatis grauissimas dabimus in die Domini, quādo nostrę uillicationis ratio reddēda est supremo Iudici. Quare ut iuniores, & nondū satis exercitati Tyrones Theologiæ, omnia in docēdo scādala euitare facilius queant, cōscripta est illis in hoc libello breuis quādam ratio caute loquendi de præcipuis christianæ doctrinę articulis, quā utiq; hac ætate inter cōcionandū sequi oportet, postq̄ iam tot annos in plerisq; Germaniæ locis, nō sine acerbo animi do-

lore experti sumus, quod grauius offensa sit Christianorum simplicitas, indispósito illo, insulso & imprudenti dicendi genere, cum nec quid dicant, nec quomodo, aut apud quos dicant, satis animaduertunt scioli quidam, improuidi, sola eruditionis opinione inflati. Sed proponantur exempli gratia aliquot scandalosi sermones, quibus usi quidam subuertunt animos simplicium, & multos ab Euangelio deterrent. Vt cum quidam raro admodum de poenitentia concionantur, sed tantum de fide & remissione peccatorum, quasi credere Euangelio, & remissionem peccatorum accipere possint impoenitentes, cum tamen Euangelium utrunque complectatur, poenitentiam & remissionem peccatorum, ut habes Lucae ultimi. Oportebat praedicari in nomine Christi poenitentiam & remissionem peccatorum,
incipiens

incipiēdo à Ierofolyma usq; in omnes
gentes. Ecce ordinem quem Christus
ponit. Primo pœnitentia prædicanda
est, Et tum sequitur annūciatio remis-
sionis peccatorum. Sunt qui satis urgēt
pœnitentiam, & Lege conscientias ue-
hementer terrent, sed easdem consola-
ri Euangelio non possunt, Igitur docēt
pœnitētiā mutilam & mancam. Nos
experti sic sentimus, pastorem qui lo-
cum de pœnitētia ignorat, tam utilem
esse ouili Christi, quàm utilis est lupo
caulis ouium. Similiter quidā, quoties
de fide & operibus dogma firmū & cla-
rum est proponendum populo, sic
concionantur:

Es ist nichts mit vnsern guten wer-
cken / sie sollen nichts / sie stincken für
Gott / Er wil jr nicht / sie machenn ey-
tel gleisner / Es thuts allein der glaub/
Wen du gleubest / so wirstu from vnnnd
selig.

A iij Hæc

Hęc excidunt quibusdam sine sale,
nihil addunt, sed truncatū dogma de
fide & operibus effutiunt, nō dilucidāt
hęc uerba sicut oportet. Quid igitur
mirum, si simplices hinc offenduntur,
præsertim illi, qui uix unam & alteram
Euangelii concionem audierunt? Exi-
stimāt sic fidei omnia ascribi, ut ope-
ra plane reiiciantur & inutilia sint, Sta-
tim igitur cogitāt, Cōcionator ille est
perditus nebulo, qui bona opera omni-
no damnat, quæ tamē Christus præsti-
tit, & ea a nobis exigit, & posthac de no-
stra doctrina pessime sentire incipiūt.

Sunt qui simili imprudentia, cum
de Missa loquuntur, sine omni declara-
tione tantæ rei, tantum sic nugantur.

Die Mess ist ein grewel fur Gott/
man sol vnd mus sie fliehen/ bey verlies-
rung ewiger seligkeit/ Die pfaffen creuz-
zigen Christum noch einn mall inn der
Mess/ Die Mess ist kein opffer vberal/
Es

Es ist des Papssts lere vñ fündlin. Bey
diesen worten lassen sie es bleiben vñnd
stecken/ on alle weitere erklerung.

Cum hic nihil aliud simplex audit,
quàm hæc uerba, quæ tantū destruunt,
non autem ædifican t, quid aliud cogi-
tabit, quàm hoc totum quod in Missa
agitur, nullius esse momenti? Quare
deinceps etiã cœnam Domini negligit,
quasi rem non necessariam, cuius im-
piæ negligētix authores sunt illi insul-
si & audaculi homines, qui nesciūt abu-
sum rei longe & late distinguere à re
ipsa, sed propter abusum in re, etiã rem
ipsam abiiciunt, persimiles iis, qui pre-
ciosa margarita in luto inuēta, eã mox
propter lutum adherens, tanquam in-
utilem, penitus abiiciunt, nec margari-
tam a luto emundant & seruant. Hic
caute agendū est, & cœna Domini ac-
curate est separanda ab iis inuentioni-

A v bus,

bus, quas uel superstitio uel auaritia Pa-
pistarum addidit Cœnæ, ut clare popu-
lus intelligat, nos tantum damnare ad-
ditamenta hominum, quæ contra fidẽ
pugnant, nõ autem damnare Missam
Christi & Apostolorum, hoc est cœnã
Domini, uel uenerabilissimum Sacra-
mentum altaris.

Quidã dum de Lege diuina, eiusq;
officio, apud plebẽ, doctrinã Pauli do-
cere conant, non erubescũt sic docere.

Die Zehen gebot sind vns nicht gege-
ben worden, das wir sie halten sollen.

Hic sermonem abrumpunt, & aliõ
properant, ubi maxime opus esset pro-
lixius & clarius ostendere, cur data sit
Lex, cum tamen peccatorem non pos-
sit iustificare. Certẽ qui talia audiunt,
nisi Paulum exactẽ intelligant, nõ pos-
sunt nõ offendi. Statim enim cogitãt,
in meditatione aut exercitio Legis, ac

bonorum operum, non esse uersandū,
& porro licere, ut furemur, adulteria
perpetremus & cędes, tam impię enim
uoces publice audiuntur ab eis, post au-
ditas tam insulas conciones.

De Libero arbitrio itē sine iudicio, &
inepte quidā sic garriūt apud populū,
*Wir haben keinen freyen willē überal/
was wir thūn / das müssen wir thūn.*

Hic nihil addūt, quo sermo ille miti-
getur, & relinquunt aculeos in menti-
bus rudiū, qui statim cogitāt: Si omnia
facio coacte, & nihil libere, quomodo
differo à bestiis, quomodo possum ca-
uere peccatū, Si igitur coactus pecco,
cur accusor transgressionis? Et ita præ-
bent illi imprudētes homines occasio-
nem uulgo, ut Deum putet esse autho-
rem peccatorū, quod est blasphemum,
Deus enim non est author peccati, sed
suam uoluntatem nobis per Legem
reuelat

reuelauit, nempè quòd odit peccatū,
quippe quod ipse tanta austeritate pro-
hibet & punit temporaliter & æterna-
liter.

Similiter de arduo prædestinatio-
nis articulo, nulla simplicium ratione
habita, supra modum scandalose qui-
dem loquuntur, cum sermonem mo-
derari, & intra septa Paulinæ doctrinæ
manere possent. Nam hæc interdū eo-
rum uerba sunt:

Bistu vonn Gott zur seligkeit versee-
hen / so kanstu nicht verdampft werde /
du thuest gleich was du wöllest / böses
oder gütes.

Hic auditores aut effrenes fiunt, &
omnium legum contemptores, aut de-
sperant, sicq; blasphemant,

Was wolt ich mich viel mit fasten /
betten / almosen geben / meinem nehesten
verzeihen / vnd dergleichen güten wer-
cken beladen vñ martern / Unser Pfar-
herr

her spricht / es helffe mich nichts / Ich
will ein güt gesell sein / vñ nichts sorgē /
Bin ich versehē / so werde ich selig / Bin
ich nit versehen / so fare ich hin mit dem
grossen hauffen / Ich thū gleich was
ich wölle / so gilt gleich viel.

Sic ratio humana certissime bla-
sphematur, quoties audit talem nugato-
rem, qui tam illoto ore, tā indigno ser-
mone, de sacrosancto illo Electionis
mysterio blaterat.

Kein es gilt nicht gleich viel / was du
thuest / Den wir sehē das Christus Mat-
thai xx. spricht / Kompt jr gebenedeitē
meines Vatters / besitzet dz Reich / wel-
ches euch von anbegin der welt bereit
ist / Mich hat gehungert / vñnd jr habt
mir zu essen gebē / etc. Hie hōrestu / Wer
güts thūt / d wirt selig / wer böses thūt
vñd dñ verharret / der wirt verdamt.

Idem accidit in articulo de Chri-
stiana libertate, quem indocti tā igno-
ranter & impie tractant, ut rudes opi-
nentur

nentur, Christianos nemini quicquam
debere, liberos esse ab omnibus legi-
bus, & nō subiectos Magistratibus, syl-
uas, agros, uineas, lacus, prædia & uillas,
omnia deniq; esse cōmunia omnibus,
non esse persoluendas decimas, aut tan-
tos redditus. Breuiter, quiduis licere qui-
buslibet. Ex ignorantia huius articuli
ortum est bellum Agricolarum An-
no Domini M. D. XXV. in quo occisa
sunt centum milia uirorum, in Sueuia,
Franconia, Turingia, & Alsatia. Fuit
tum quidam Magister Parisiensis, qui
hoc modo patrocinebatur rustico Lin-
doia coram Abbatissa, cui rusticus e-
rat seruus, ad onera seruitutis ciuilibus ob-
noxius, Eia generosa Domina, non
licet uobis pauperes habere tali serui-
tute pressos, à quibus hæc omnia exi-
gatis, quia Christus nos redemit, & li-
berauit suo sanguine. Ecce senex ille
Magis

Magister, & XL. annorum prædicator, nondum intellexit libertatem, quam habemus in Christo, & politicum mūdi regnum, ac spirituale Christi regnum, inepte confudit. Egregius scilicet honor, quem Christo tribuit, quòd nos ab oneribus ciuilibus liberarit, & libertatem carnalem contulerit, de peccatis & Iustificatione nihil intellexit aut docuit, suum referens Gymnasium, quod in hunc usq; diem seruit Antichristo. Expertus loquor. Tales conciones stolidæ, impiæ & seditiosæ, de libertate Christiana, multos uiros ingenio & eruditione cōspicuos, ab Euangelio deterruerunt. Cum enim audirent hos sciolos Euangelium iactare, & tam horrendis erroribus prætexere, mox doctrinam Euangelii habebant suspectam, cum illi phanatici non Euangeliū Christi, sed sua somnia adferant.

adferant. Euangelium enim non tollit
Magistratum, & ordinationes ciuiles,
sed confirmat. Hinc etiam perperam
de Magistratu ciuili sunt locuti, fun-
ctionem Magistratum non commē-
darunt tanquam bonum & necessariū
opus, sed uelut tyrannidem & uiolen-
tiam perstrinxerunt.

Porro quidam audiuerunt Chri-
stianos à Deo doctos esse, & statim pa-
trocinantur ignauia suā, omnemq; e-
ruditionem liberalem uelut inutilem
contemnunt, cristas erigunt, & de se o-
mnia pollicentur. Quo quisq; est in-
doctior, eo magis gloriatur de Spiritu,
quasi uero Spiritus sanctus sua dona, e-
ruditionem & scientiam horreat. Hic
error efficit, ut etiam rustici & artifices
irrumphant ad officium prædicandi, ia-
ētantes nihil opus esse studiis literarū,
quia omnes simus à Deo docti, cumq;
scripturas

Scripturas sine Spiritu Prophetiæ tra-
ctent, infinitos errores pariūt, Docto-
res Ecclesię ueteres contemnunt, quasi
iam soli sapiant indocti. Et bona illoꝝ
pars sic despiciunt scholas puerorum,
ut iam scholæ iaceāt neglectæ, quæ ne-
gligentia uehementer placet Diabolo,
sed summè displicet Deo. Obsecro ubi
post XX. annos Ecclesię uocabūt Mi-
nistros uerbi? Vnde Respublicę & Prin-
cipes accersent Iurium consultos? Nō-
ne homines sine literis obbrutescēt, &
redibit in Germaniā prisca barbaries,
qua fiet, ut rursus præda efficiamur o-
mnium impostorum? Nam quòd Ro-
manas imposturas, nostramq; in Do-
mino libertatem nouimus, Deus per
linguarum & syncerioris Theologiæ
studium, in nobis operatus est.

Nec de Satisfactione satis caute
quidā loquuntur, unde rudis populus

B cxi

existimat se à bonorū operum exerci-
tio, & crucis tolerantia planè absolui.

De Virginitate, quę certè suas in Scri-
pturis laudes habet, ita contemptim lo-
quūtur quidam, ut multa simplicium
corda uerbis impudicis uulnerent, ubi-
que uel ad dextram uel ad sinistram de-
clinantes, Nusquam in uia regia confi-
stunt. Coniugium proculdubio sum-
mis laudibus uehendum est, sed citra
contumeliam Virginitatis.

Et audio esse, qui Cōfessionem par-
uipendant, nec suas oues diligenter in
confessione examinent, & Catechismū
exigant, deniq; multos confitentes si-
mul instruant & absoluant, quæ om-
nia non ædificant, sed destruunt Eccle-
sias Christi.

Similiter de humanis traditioni-
bus nonnulli insipienter apud popu-
lum garriunt,

Man

Man mus alle menschen satzung flie-
hen / sie sind aus dem Teuffel / man ist
inen kein gehorsam schuldig. Das ist er-
gerlich / vnd vbel von der sach geredt.

Hic diligenter docere debebāt, quę
traditiones dicerētur humanę, & quo-
ruplices essent, sed tātum in genere o-
mnes sine ullo discrimine damnant.
Vbi proculdubio rude uulgus putat o-
mnia legum uincula iam soluta esse, &
se nihil omnino seruare debere eorū,
quę homines præcipiunt.

De Ieiunio nō dissimiliter ineptiūt:
Man darff der Fasten nicht / man kan
kein sunde damit büßen oð gnugthun.
Die Fasten ist des Papssts fündle.

Et plærinq; hic abrumpunt sermo-
nem. Cum autē caro nostra suapte na-
tura fugiat crucē & abstinentiā, & quę-
rat uoluptates, necesse est ex talibus cō-
cionibus infinita mala sequi. Videmus
quòd egregie homines contemnunt

B ij ieiun

ieiunia, quasi nihil omnino profint, &
laxatis gulæ frenis, in omnem intēpe-
rantiam prolabuntur. Certè hic Iudex
supremus sanguinem eorum, qui his
stultis concionibus pereunt, exiget de
manibus Concionatorum, sicut mina-
tur Ezechielis cap. xxxiii.

Quid de oratione dicam? Hic qui-
dam nihil aliud in ore habent plerūq;
cum in hunc locum inciderint, quàm
hæc Tragica uerba:

Viel betten vñ klappern ist ein Heid-
nisch irthum / vñ gleisnerey / Gott hat
gar kein gefallen daran / Da brechen sie
aber die rede zū kurz ab.

Hic similiter immorandum est, &
ordine dicenda, quæ ad orationem per-
tinent, ne homines à tam necessario
pietatis exercitio, stolidis uociferatio-
nibus abstrahantur.

De Sanctorū inuocatione tam scur-
rilitèr

riliter loquuntur quidam, ut pia corda non possint non uehementer offenditam prophanis uocibus, cum tamē de Sanctis summa reuerentia loqui deceat. Sed Satan per impiam hanc scurrilitatem conatur hunc fidei articulum, Ecclesia catholica, Sāctorum communio, contemptum reddere, ut parum uel nihil curemus Sāctorum communionem.

De Imaginibus in Ecclesia similes passim nænię à quibusdam audiuntur, qui libertatem Christianam planè ignorant.

De festis item diebus, phanaticas spargūt opiniones, quibus populus ab audiendo uerbo Dei, & perceptione Sacramenti auocatur.

Neq; ut oportet de Cæremoniis concionantur, auditur in plerisq; locis hæc uox tantum.

B iij **Es ife**

Es ist ein vergeblich ding mit den Ce-
remonien / sie gelten nichts / Was be-
darff man inn der Kirchen besonderer
Fleiß: Es ist eitel vnnütz menschē tand.

O stolidos homines, quasi uero hæc
uita carere possit cæremoniis. Pruden-
ter igitur debebant discernere cæremo-
nias impias ab indifferentibus. Et quæ
ordini rerum in Ecclesia gerendarum
seruiunt, eas cum decoro seruare debe-
bant, non temere abiicere. Nam sem-
per magnas turbas, & dissensiones in
Ecclesia peperit cæremoniæ receptarum
mutatio.

Satan Sadducæorum & Origenista-
rum, quosdam etiam sic uexat, ut nimis
irreuerenter loquantur de Sepultura &
Cæmeteriis Christianorum, qua stoli-
ditate, non parum eneruant fidem Re-
surrectionis, Cum tamen pia mens nō
possit secus, quàm honorifice, de Se-
pultura

pultura loqui, & quæ ad eam pertinent
reuerenter tractare, propter certam
spem gloriosæ Resurrectionis, quæ est
unica consolatio nostra, nec patitur, ut
ea corpora citra omnem curam abiicia-
mus, quæ glorioso Christi corpori cõ-
formanda esse in nouissimo die, ex uer-
bo Dei nouit.

Sed quis omnes ineptias enumera-
uerit? Quare ne in hac parte quicquam
deesset, passi sumus has sequentes lo-
quendi formulas in publicum prodi-
re, quas semper in promptu habere
ualde proderit, ne offendamus sim-
plices.

- 1 Pœnitentia.
- 2 Fides.
- 3 Opera.
- 4 Merita.
- 5 Missa.
- 6 Lex.
- 7 Liberum arbitrium.

B iij

Prædes

- 8 Prædestinatio.
 9 Libertas Christiana.
 10 Magistratus.
 11 Omnes a Deo docti.
 12 Satisfactio.
 13 Virginitas.
 ✓ 14 Confessio.
 15 Traditiones humanæ.
 ✓ 16 Ieiunium.
 ✓ 17 Oratio.
 18 Sanctorum inuocatio.
 19 Imagines.
 20 Festa.
 21 Cæremoniæ.
 22 Sepultura.

DE POENITENTIA quomodo caute loquendum.

SVnt qui hoc loco quidem aliquid
 dicunt, sed non ut, & quātum oportet,
 Nam uulgatam illam descriptionē
 ex Magistro Sententiarum inculcāt:
 Pœnitentia est mala præterita plange
 re, & plangenda iterum non commit
 tere.

tere. Sed hinc neq; origo & causa efficiens pœnitentiæ, neq; eius uera ratio aut partes cerni possunt. Nonne Ischariothes Matth. xxii. serio planxit, & cōfessus est peccatum suum, quòd innocentem sanguinē prodidisset, idq; tanta contritione, ut mox se suspenderet, nec posthac quenq; prodidit? Sed erat inutilis pœnitētia. Euangelium igitur docet ueram pœnitentiam, quæ est, ex animo dolere de peccatis perpetratis, uerè terreri iudicio Dei, ut cor fiat contritum & humiliatum. Et simul firmiter credere, omnia peccata, quantacūq; sint, à Deo nobis remitti propter merita Christi, qui peccata nostra ipse portauit in corpore suo, super lignū crucis.

Ordo igitur in pœnitētiæ partibus ille est. Primo, Cognitio uera peccatorum nostrorum, Lege recte prædicata, fit per Spiritū sanctum in nobis, reu

und leid. Secūdo, cognitio gratiæ Dei
in Christo nobis donatur per Euange-
lii prædicationem synceram, aut fides
in Christum, *Ein vertrauwen auff*
Exem- Gottes gnad. *plum.* Exempli gratia, Primo
audis decem præcepta, in quibus sta-
tim discis, quàm enormiter sis trans-
gressus Legem Dei, & in æternum dam-
nandus iusto Dei iudicio. Mox audis
uocem Euangelii hanc, uel similem, le-
Ioan. iij. sus Christus uenit in hunc mundum,
& Tim. 1 non ut condemnet mūdum, sed ut pec-
catores saluos faciat. Si hic Christum
fide apprehendis, ut tuum unicum Iu-
stificatorem & Saluatorem, qui non so-
lum peccata Petri & Pauli, sed etiā tua
delet, iā recrearis & uere agnoscis Dei
gratiam, habesq; pœnitentiam ueram,
quam proculdubio sequentur fructus
pœnitentia digni, id est, uitæ emenda-
tio & bona opera.

Hunc

Hunc ordinem Euangelistæ docēt
in pœnitentia uera. Mar. I. Resipiscite
& credite Euangelio. Hæc est concio
magni illius Præcursoris, quasi dicat:
Ante omnia agnoscite uestra peccata,
odio habete & fugite ea, reuertimini à
uuis malis, Et credite peccata uobis re-
mitti propter Christum Iesum, sicut
Euangelium uobis annuntiat remissio-
nem peccatorum in nomine Iesu Chri-
sti. Hic primo habes contritionem, ti-
morem Dei, primā pœnitentiæ partē.
Secundo habes fidem Euangelii, secun-
dam pœnitentiæ partem, quam Iudas
nō habuit, ideo desperauit, quia falsam
pœnitentiam habuit.

Vides etiam hic, fidem in homine
ueram non esse, nisi antea sit in eo
pœnitentia uel contritio. Quomodo
enim in Iustificatorem Christum ille
crederet, uel eum desyderaret, qui pro-
priam

priam iniusticiam uel ignorat, uel non
curat: Accipe exemplum, Qui capitali
ter ægrotat, & tamē uel ignorat, uel nō
curat morbū suum, ille etiam medicū
& medicinā negligit & contemnit. Pec
catum est morbus capitalis, Peccator
est ægrotus, Christus est medicus, Gra
tia Christi est medicina. Ergo illā gra
tiam promissam & oblatam in Euange
lio non desiderāt obstinati peccatores,
qui non dolēt de ullis peccatis, sed glo
riantur, uel Iustitiarum hypocritæ, qui se
putant iustos sine gratia Christi. Sed
peccatores, qui agnoscunt sua peccata,
& terrentur horrendo Dei iudicio, sen
tiunt in conscientia iram Dei, quòd æ
ternam mortem commuerūt, ii ma
gno desyderio suspirant gratiam Chri
sti. Illis una absolutio à peccatis, ex Euā
gelio prolata, gratior est omnibus diui
tiis & bonis totius mundi. Ideo Chri
stus

stus dicit Matth. XI. Pauperes euange-
lizantur, id est, qui habent perturbatas
& anxias conscientias propter pecca-
tum, & corda cōrrita & humiliata, sunt
idonei auditores Euangelii, quia Euan-
gelium annuntiat eis remissionem pec-
catorum per Christum. Ipsi autem ni-
hil ardētius desyderant, q̄ remissionem
peccatorum, ut iustificentur. Et Mat-
thæi IX. Non ueni uocare iustos, sed
peccatores ad pœnitentiam.

Vel breuius ad hunc modum.

Erkenne / berew / vnd bekenne deine
sunde von hertzen / Gleube aber auch
dabey / das Jhesus Christus das vn-
schuldige Lāb Gottes / auch deine sun-
de getragen vnd gebüffet habe / Bezen-
ge auch deine inwendige Büsse mit bes-
serung deins ganzen lebens / das ist die
rechte Euangelische büsse. Rew vnnnd
leidt one glaubenn hilfft nicht. Glaub
one rew vnd leid / ist kein rechter Christ-
licher glaub / Rew vnnnd glaub müssen
bey

bey einander sein / Darumb merck's fleiß
sig fromer Christ / welcher mēsch nicht
zum erstē sein eigē manigfaltig sünde /
vnd auch die lauern grade Gottes in
Christo vnserm Herrē / warhafftiglich
one gleissnerey kenneet vnd gleubet /
der stecket warlich noch in seine sünden
vñ vnbusfertigkeit / vñ ist kein Christ /
wen er schon sonst viel vom Euangelio
reden vnd schreiben kan.

Die einfeltigen hören jzt zu dieser
zeit viel predigt vom glauben / Aber an
etlichen ortē alzu wenig von der büsse /
vnd lassen sich also düncken / sie gleuben
recht / so doch in der warheit niemand
recht gleubet / er habe denn auch zuuor
rew vber seine sünde.

CAVTE LOQVENDI
formula de Fide, Operibus,
& Meritis.

Fides. **C**Vm Pastor etiam in alio Scriptu
ræ loco uersatur, subinde tamen,
ut fit, in fidei & operum mentionē in-
cidit

cidit, ubi cauere debet, ne hoc conciso
tantū sermone utatur, Sola fides iustifi *Opera*
cat, nostra opera nihil sunt, & mox ad
alia properet, Sed ad hunc modū loqua
tur: Sola quidē fides iustificat peccato
rem, hoc est, fiducia misericordiæ Dei
in Christo promissæ, uel sola Dei mise
ricordia, Sed fides non manet sola. Ve
ra enim fides per charitatē operatur,
Gala. v. Sicut arbor bona fructus pro
fert, ita fides profert bona opera, quæ
fidem certissime comitantur.

Vbi nulla cernitur uitæ emendatio,
nullus Dei timor, aut pœnitētia, & ubi
nulla sunt bona opera, ibi certe nulla
est fides, uel tantum ficta fides. Qui ad
huc carnaliter uiuit in ebrietate, co
mesatione, scortatione, adulterio, fur
to, & similibus peccatis, non debet glo
riari quòd fidem habeat, & Christia
nus sit, sed reuertatur à malo, & faciat
bonum.

bonum. Exemplum ueræ fidei habes
in Abraham, qui uerè credidit diuinæ
promissioni, quæ fides magna & mirabi-
lia operabatur. Obediuit uerbo Dei, re-
liquit patriam, iuit in exilium, propri-
umq; filium immolare uoluit. Exem-
plum fictæ fidei in Cain & Iuda. Cain
offerebat, sed cor nō erat rectum cum
Deo, Opus eius est homicidiū. Iudas
erat inter Apostolos, putabatur Chri-
sti fidelis, sed opus eius erat proditio
Christi.

Ordo inter Fidem & Opera in Iu-
stificatione talis est. Primo concipitur
fides ex Euangelio, quæ iustificat me,
id est, ex impio piū facit. Ego iustifica-
tus facio bona opera. Bona arbor præ-
cedit bonum fructum. Exemplum in
Paulo, Paulus ante conuersionem aut
iustificationem erat malus, Ergo ma-
la erāt omnia eius opera, qualis arbor,
talis

talis fructus. Post conuersionem erat
iustus, mox ergo bonus factus, bona o-
pera fecit, prædicauit Christum, pro-
pter cuius nomē persecutiones, omnia
mala, tādē & mortem perpeffus est.

Scriptura duplicia opera docet, Ope ^{Duplicia}
ra Christi, & nostra. Sed inter hæc ma- ^{opera.}
ior est differentia, quàm inter cælum
& terram. Quia opera Christi merue-
runt nobis æternam iustitiam, uitam
& salutem, & iustificant nos, quando ea
per fidem apprehendimus. Ipse enim
solus est noster redēptor, propitiator,
mediator, iustificator, & saluator, &
nullus alius, ne angelus quidem, ut o-
mnes Scripturæ testantur.

Sed opera nostra non merentur no-
bis res illas immensas & æternas, nec iu-
stificant nos. Sunt autem omnino ne-
cessaria, quia suum officium habent.

I. Sunt debitum obsequiū & præ-
ceptum

C

ceptum

ceptum à Deo, quod nos creaturæ creatori debemus, sunt uelut gratiarum actio pro beneficiis Dei, & sacrificia Deo grata, propter personam Christi fidelem.

II. Pater noster cœlestis per hæc in nobis glorificatur, Matth. V.

III. Operibus bonis fides nostra exercetur & promouetur, ut crescat & ugetetur.

III. Opera bona sunt testimonia nostræ fidei erga proximum, quibus proximus ædificatur, & ad imitandum prouocatur, & in suis necessitatibus iuuatur.

V. Per bona opera, mihi mea uocatio certa fit, Cum enim amo proximum & beneficiis orno, experior meã fidem non esse fictam, & me esse Christianum.

VI. Bona opera nostra, etiamsi im-
mensos

re:
m
ia
ti
n
e
o
n
e
fatis ostendit Christus, quàm sint si-
bi grata opera bona ex fide facta. Nam
mensos illos thesauros, Remissionem
peccatorum, Iustificationem, liberati-
onem à morte & Diabolo, non mereā-
tur, hoc em̄ solus facit Christus Iesus,
tamen ex gratuita promissione diuina,
merētur premia corporalia & spiritua-
lia, & in hac uita & post hanc uitā, Non
quòd Deus nobis aliquid debeat, sed
quia promisit ex misericordia, & uerax
est. Ideo reddet nobis ea propter no-
men suum gloriosum, quemadmodū
scriptū est Ieremiæ X VII. Ego Domi-
nus scrutans cor, & probans renes, qui-
do unicuiq; iuxta uiam suā, & iuxta fru-
ctum adinuentionum suarum. Matth.
XVI. Futurū est, ut filius hominis ue-
niat cum gloria Patris sui, cum angelis
suis, & tunc reddet unicuiq; iuxta facta
ipsius, Idem Roma. II. Matth. XXV.

dicit, Esuriui & dedistis mihi bibere.

Dicamus hoc etiā germanicè, quo
facilius à uobis omnibus intelligatur.

Die Schrift redet allenthalben herr
lich vñ löblich von guten wercken, vnd
gedēcket irer nimer vbel, Darumb weiß
mann spricht / Allein der glaub macht
from, so verwirfft man nicht die guten
wercke, Den es ist so viel geredt, Als so
ich sprich / Allein Gottes gnade in Chri
sto machet vns from vnd selig / vnser
würdigkeit thuts nicht, Denn kein Crea
tur, weder im himel, noch vff erdē, ver
mag solch gros vberschwenglich ding,
als verdienenn ablas der sünde, from
vnd selig machen, sünde vnd tod vertil
gen, Allein vnser einiger mitler Ihesus
Christus kan, vnd sol solchs thun, Den
der Vatter hat in allein / vnd sonst nie
mand, weder Engel noch mensche, zur
etlösung vnd frommachung des mens
schen geschlechts verordnet vñ gesandt.
Derhalb / wenn man den glauben rhü
met, so schmehet man die werck nicht,
sondern man rhümet den rechten brun
nen

nen / daraus alle gute werck quellen/
Es ist vnmöglich on den glauben gute
werck thun.

Das man aber so mit vleissigem vnterscheid vom glauben vnd guten wercken redet / vñ einem jeden sein ampt zu legt / das thut man darüb / das man klar sehē mag / was Christus sey / vñ wie wir alles guts von Gott allein vñ Christus willen / haben vñ empfangen / Vñ was wir vō vns selbs habē vñ thun / Solche erkenntniß machet allein aus einē verdäpften sunder einen seligen Christen / Darum ist viel mehr dran gelegen / das man recht vnterscheidlich vō glauben vñ guten wercken rede / Den die welt meinet /

Der glaube macht vns frō fur Gott.
Die guten wercke bezeugen aber solche innwendige fromigkeit / von aussen fur vnserm nehsten / welchem sie dienen sollen / zur besserung / inn allen nōtten.

Glaube one gute werck ist kein glaub / Wercke one glauben sind nicht gute wercke / Darumb müssen diese zwey ding / glauben / vñnd gute werck thun /

C ij bey

bey einander sein / dieweil wir lebenn/
Wer sein leben nicht bessert / vnnnd güte
werck thüt / der soll wissenn / das er kein
Christ ist / Wer aber kein Christ ist / der
wirdt verdampft / Darnach mag sich ein
jderman richtē / Got hats also beschlos
sen / also wird ers auch endtlich volstres
cken / das ist gewis.

QVOMODO CAVTE
loquendum de Missa.

Missa, ut haectenus ad aliquot tēpo
ra celebrata est, fuit abominatio
propter horribiles abusus & errores,
quos homines addiderunt Missę Chri
sti & Apostolorū. Nos, quæ mala sunt,
reieccimus, bona retinuimus. Nam uer
bum, & ordinatio Dei, non debent ab
hominibus mutari, multo minus de
bet aliquid cōtra uerbū & institutionē
Dei, in Ecclesia pro cultu Dei erigi.

Male addiderunt, quòd Missa sit ta
le sacrificium, quo filius Dei quotidie
offera

offeratur Patri pro peccatis uiuorum
& mortuorum. Scriptura docet, quod *Additio*
Christus semel mortuus sit, & resurre- *nes Miss*
xerit, & amplius non moriat, semel em̄ *sa Papi*
semetipsum obtulit Deo patri pro no- *stica.*
bis, oblationem & uictimam in odorē
bonæ fragrantia, ut Apostolus docet
Ephē. V. Heb. VII. IX. X. Hoc sacrificiū
nō potest nec debet reiterari, sed semel
factum, sufficit in æternum. Christus
autem iussit nos memoriam celebra-
re huius unici sacrificii, usque ad diem
nouissimum. Et qui credunt Euāgelio
de Christo mortuo & resuscitato, &
Christi sacramenta percipiūt, fiunt hu-
ius sacrificii participes, nam consequun-
tur remissionem peccatorum & uitam
æternam. Hi omnes debent quotidie
offerre Deo sacrificia, quæ sunt, cor
contritum & humiliatum, Laus diuini
nominis, Gratiarum actio, Inuocatio,

Cruce pro nomine Christi, & fructus fidei, bona opera.

Ex illo errore de Sacrificio pro peccatis Missali, ortæ sunt Missæ priuatæ, quæ celebratæ sunt absque numero in mundo, sine communicantibus, cõtra uerbum Christi, & primitiuæ Ecclesiæ ritum. Quid enim tam contrarium rationi Cœnæ dominicæ, quàm nouo sacrificio aut opere, uelle mereri remissionem peccatorum, cum cœna dominica sit cõmemoratio illius mortis, quæ est unicum sacrificiũ, quo solo potuit & debuit omnis culpa expiari. Et additamenta sua docuerunt esse necessaria ad ueram Missam, sed errant.

Nos propter simplices, & ut omnia decenter & secundum ordinẽ in Ecclesia fiant, iuxta regulam Pauli I. Corin. XIII. libenter seruamus, citra superstitionem, uestes Ecclesiasticas, & alia
quæ

quæ non sunt contra Verbum Dei.

Missa Christi & Apostolorum, est ^{Vera} ^{Missa qd} peractio cœnæ Domini in Ecclesia, quâ do iuxta institutionem Christi, & ritû Apostolorum, edimus corpus Domini, & sanguinem eius bibimus, in commemorationem Christi, annunciâtes saluificam mortem Domini, donec uenerit, id est, usq; ad diem Iudicii extremi. Hæc est memoria mirabiliû Christi operum, ut Psal. CX. uocat, q̄ unus ipse pro nobis omnibus mortuus fuit, ergo nos omnes mortui eramus. Et resurrexit à mortuis secundum Scriptu- ^{2. Cor. 5} ras, nostris hostibus, peccato, morte, & Satana deuictis, nuncq; in dextera Patris regnat in sempiternum, & nos cum eo regnabimus. Nonne omnes creaturæ in æternum non possunt satis admirari & celebrare magnificentissima hæc Christi redemptoris nostri unici operas

C v quod

quòd ipse peccata nostra, suo proprio sanguine deleuit, mortē sua morte absorpsit, Satanamq; triumphauit in SEMETIPSO, Coloss. II. Et iam impletur uaticinium Psalmi CX. Redemptionem misit Dominus populo suo, mandauit in eternū testamentum suū. Nam gloriosissimam hanc uictoriam in nostros hostes Deus nobis dedit, per Dominum nostrum Iesum Christum. I. Corinth. XV.

Vel breuius ad hunc modum.

Die heilige Schrift sagt allein von einem einigen Sündopffer / das ist das besonder grosse Opffer / das Gottes Son Ihesus Christus sich selbs am Creutz ein mal dem Vater für vns aufgeopffert, vnd den bitteren todt gelitten hatt / vnd damit alle vnser sünde auff ein mal bezalt, vnd vns Gott dem Vatter widerumb versünet hatt / Wer das glaubt, der wirt from vn̄ selig / den
er

er wirdt gewislich sein lebenn besseren/
vnd hinfurt Christlich leben/ dieweil er
glaubt / das ein solche ernstliche / über-
thwere bezalung vn̄ busse / hat für seine
sünde geschehen müssen/ das Gottes
Son selbst inn eigener person / sich vmb
vnsrer sünde willen / hat tödten lassen.

Darumb ist es ein greuwel für Gott/
das sich die sündigen menschen vnter-
standen / mit teglichem Messopffer erst
setzt vnsrer sünde zu bezalenn / vnd vns
Gott zu versünen. Die Christenheit hat
ja auch ire opffer / als wol / als vor zeitē
die Synagog der Jüden / vnd viel bes-
ser / Aber vnsrer einiges sünde vn̄ schuld-
opffer / ist niemand den Christus selbst/
der von keiner sünde wüste / Aber der
Vatter hat in für vns zu einem Sünd-
opffer gemacht / spricht Paulus ij. Co-
rinth. v. auff das wir würden in im die
gerechtigkeit / die für Gott gilt / das
ist / das wir durch in geheiligt vnd ge-
rechtfertiget würden / nicht durch vns-
rer werck.

Vber das Sündopffer / opffert die
Chri-

Christenheit auch jzt, biß am jüngsten
tag, dāck opffer für die erlöfung in Chri-
sto, vnd für alle güter Gottes, Also op-
fferen wir teglich ein zerknirß demütig
hertz, lob vnd danck, vñ alles was wir
güts wircken vnser lebenlang, auß rey-
nem glauben, Daneben aber hat vns
Christus eingesezt mit ernst zu begehrt
die tröstliche gedechtniß seines todes,
ob des einigē opffers am Creutz ein mal
volbracht, das ist, sein heiliges Nacht
mal, das hochwürdige Sacrament sei-
nes leibs vnd blüts.

QVOMODO CAVTE
loquendum de Lege uel
Decalogo.

LEgem diuinam seruare quidē exa-
ctissime deberemus; ut ne iota aut
apex præteriret, Est enim sanctissima
uoluntas Dei, & summa pietas. Et ni-
si Lex seruetur, non est speranda salus
æterna.

Cæterū nostra natura peccato ori-
ginali

ginali, quòd in carnali natiuitate ex A-
dam in nos transfunditur, ita corrupta
est, fracta & excæcata, ut mandata Dei
ex se, aut propriis uiribus nō intelligat,
& aduersus ea naturali inclinatione cō-
cupiscat, eoq; suapte ui nunquam im-
pleat. Ita enim Moses nostram natu-
ram, nondum ex aqua & Spiritu renatā
describit, Gene. VI. Omne figmentum
cogitationum cordis humani, dūtaxat
malum est omnibus diebus, Quomo-
do igitur bonū faceret? Lex igitur san-
cta est, præceptum sanctum, iustum ac
bonum est, Roma. VII. Sed nos sumus
mali ex utero matris, & tamen a deo cæ-
ci cæcitate spiritali nascimur, ut no-
stram propriam malitiam non intel-
ligamus, & ideo nullum remedium aut
auxilium quærimus, sicq; in æternum
periremus.

Igitur misericors Deus dedit etiam
legem

legem scriptā , ut ipsa nos argueret de peccatis, minaretur pœnas, iudiciū Dei proponeret, terreret, & nos in nostri cognitionem duceret, ut propria malitia & perditione cognita, quæramus gratiam & auxilium. Ita Apostolus dicit: Lex est agnitio peccati, non dicit abolitio, quia tātum manifestat nostrū peccatum & Dei iram, sed peccatū non tollit. Data est igitur Lex, ut superbū hominē humiliaret, & ut humiliatus gratiam quæreret & medicinam.

Sed nullum est remediū, nulla Dei gratia, nisi in Christo Iesu, qui est mediator noster inter Deum & hominē. Ideo compellit Lex peccatores confugere ad medicum Christum, qui legem impleuit, & illam impletionem donat nobis. Sicut Paulus dicit I. Corinth. I. Christus est iusticia nostra. Et Roma, X. Christus est legis perfectio
ad ius

ad iustitiam omni credenti.

Deinde meruit etiam nobis Spiritū sanctū, qui nobis datur in Baptismate, & cum audimus Euangeliū gratiæ Dei per quē incipimus in nobis etiam Legē implere, & habemus magnum priuilegiū in Christo. Carnales enim ex parte sumus, cum caro Spiritui semper repugnet, & caro impedit impletionē Legis, Sed propter Christum, in quē credimus, Deus nobis ignoscit reliquum peccatū in carne, & non imputat nobis ad damnationem æternā. Displicet nobis illud peccatū, & uellemus illud fermentum ueteris malitiæ, omnino esse expurgatum, quod plenè fiet in regeneratione, in nouissimo die.

Vel breuius sic.

Die gebot Gottes sind vns Adams
Kindern zū hoch / wir sind empfangen
inn der Erbsünde / vnnnd derhalb arme
geborne

geborne sündler vonn iugent auff böß/
wir sollē sie haltē/ aber wir könnens one
die gnade Christi nicht halten/ Wz vns
vnmüglich/ das ist Gott möglich/ Dar
umb hat sie vns Got auß gnedigem wil
len gegeben / das wir in den gebotten/
als in einem klaren spiegel/ vnser sündi
ge verstorē natur/ vnser gebrechē/ sün
de/ vnd Göttlich vrtheil/ lernen erkens
nen/ demütig werden/ vnd Christum su
chen/ der allein vnd sonst niemand hatt
die gebot rein auffß volkomenest erfül
let / solcher erfüllung genießen wir für
Gott / wenn wir in Christum glauben/
vñ Christus allein gibt vns seinen geist/
durch sein wort / das wir auch verstāt/
willen vnd krafft kriegen/ Gottes ge
bot zu halten/ Aber die erfüllung gehet
noch schwach zu/ dieweil wir leben/ den
das fleisch hat kein lust zu Gottes gebot
ten/ Aber den vorteil haben wir/ so wir
im Christlichen glauben bleiben/ die sün
de hassen / das vns Gott immerdar die
übrigen sünde/ vmb Christus willen ver
zeihet / Darüb ob schon das Gesetz den
sünder

sünder nicht from machet / denn solch
groß ding gehört allein Christo zu ei-
gen / So bereit es ist aber zur fromig-
keit / denn er erschrickt / wenn er seine sün-
de vñ Gottes gericht durchs Gesetz er-
kennet / vñ krencht zum Creutz Christi /
ruffet den namen des Herren an / begert
gnade / vnd kriegt ablas der sünde / vnd
Gottes Geist / Darumb / liebē freunde /
lernet die Zehē gebot mit grossen fleiß /
vnd bittet Gott vmb gnade / das jr sie
halten müget / vñ vmb verzeihung / wo
jr sie übertretten habt.

QVOMODO CAVTE
loquendum de Libero arbitrio.

Homo habet Liberum arbitrium
in rebus, quæ ad hanc caducam ui-
tam pertinēt, ibi potest uelle edere, uel
nolle edere, uelle hoc uel aliud agere,
uel omittere. Nam habet lumen natu-
rale, & libertatem aliquo modo hone-
ste uiuendi coram mundo, sicut multi
Ethnici honeste uixerunt. Sicut supra

D dixit

diximus, per peccatū originale, omnes
hominis uires esse uitiatas, ut per na-
turam corruptam, non possit Legem
Dei implere, Lex enim Dei spiritualis
est, Rom. VII. & plus requirit q̄ hypo-
crisim operū. Der natürlich mensch
hat weder verstandt / noch lust da
zu. Ideo nō habemus ex natura primę
natiuitatis liberum arbitrium pię ui-
uendi coram Deo, & bona opera faciē-
di, sed ex gratia Christi, iuxta illud Io-
han. VIII. Si filius uos liberos reddide-
rit, uerē liberi estis, id est, si Christus
uobis peccata remiserit, & sic à Diaboli
potestate eripuerit, & Spiritum suū uo-
bis donauerit, tunc non serui, sed filii li-
beri estis, & poteritis iuste uiuere, id est,
credere in Christū, & fidem bonis ope-
ribus testari.

Vel breuius.

**Wir sind von natur Kinder des zorns
vnd**

vnd knecht der sünde / vñ können nichts
güts thun vonn vns selbs / Aber wenn
vns Christus wider gebiert / vnd den
glauben vnd Geist gibt / den so sind wir
frey / vnd können güts thun durch den
heiligen Geist / Aber one die gnade vnd
den geist Christi / gedencfen / begeren vñ
thun wir eytel böses / wie es der böse
geist haben will / vñ wir selbs thun das
böse auß vnselbs / Got hat keine schuld
daran / er verbeit das böse / vñ straffets
zeitlich vnd ewiglich / Der Teuffel vnd
vnsere verkerter böser wille / sindt aller
sünden vrsach vnd theter.

Et necessarium est illa habere pro-
be cognita, ut sciamus miseriam pri-
mæ natiuitatis, per quam sumus serui
peccati, & mancipia Satanæ, qui nos ca-
ptiuos tenet propter peccatū, pro sua
uoluntate, ex cuius manibus non pos-
sumus effugere, nisi noster Gigas Chri-
stus uincat fortem armatum custodē
atrii sui, & digito Dei, id est, Spiritu san-

D ij cto

Et o spiritum malum eiiciat. II. Timo.
II. Lucae XI.

Hoc cognito clarius cognoscemus
imperuestigabiles diuitias gratiae Dei,
quas in Christo habemus. Solus enim
Christus diabolum uincit & expellit,
nos liberat & illuminat Spiritu suo, ut
nobis libeat uitam agere iuxta uolun-
tatem Dei, Regnum igitur Diaboli est
quidem firmum, quia dum custodit a-
trium suum, id est, impios, in pace sunt
ea quae possidet, id est, nihil eorum pos-
test effugere, Sed firmitus & potentius
est regnum Christi, quia eiicit Diabo-
lum, uniuersaq; eius arma aufert, & in
suo regno perpetuam securitatem tribuit.

QVOMODO CAUTE
sit de Prædestinationis myste-
rio loquendum.

Essc Prædestinationem certum est,
Ephelo

o.
is
i,
n
t,
ut
s
t
t
s
h
a

Ephe. I. Pater elegit nos in Christo, antequam iacerentur fundamenta mundi.
Roma. IX. Nondum natis pueris Esau & Iacob, cum neq; boni quippiam fecissent, neq; mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, nō ex operibus, sed ex uocāte, dictum est Rebeccæ, Maior seruiet minori, sicut Malach. I. scriptum est, Iacob dilexi, Esau uero odio habui.

Sed hoc mysterium Prędestinationis, est solidus cibus adultorum, nō lac infantium. Quare ualde necessariū est caute tractare hunc locum, & nō apud quoslibet indiscriminatim de eo loqui. Paulus enim iubet omnia fieri ad ædificationem. Videmus enim, cum quanto Dei timore, quantaq; reuerentia, hunc locum Apostolus tractarit, Roma. IX. X. XI. Pessime igitur quidam dicunt,

D iij Bistu

Bistu versehen / so thu was du wilt /
es sey böses oder göts / so wirstu selig.
Est blasphemus error , sed sic loquere.

Wer zum ewigen leben versehen ist /
der gleybt dem Euangelio / vnd bes-
sert sein leben / Denn Gott berufft in zu
seiner zeit / einen in der jugent / den an-
dern im alter / nach seinem willenn / Es
bleibt kein eruelter im vnglauben / vñ
sündigem leben endtlich / Welcher aber
jmer hin böses thut / vnd darauß bes-
harret / der wird verdampt / Den er hat
keinen Christlichen glaubenn / Gleybte
er / so lebete er Christlich / vnd besserte
sein leben / Darumb wer endtlich keine
Büße thüt / der ist gewißlich der verdam-
pten einer.

Darumb ist gewiß / welcher versee-
hen ist / der thüt nicht jmerdar was er
wil / sonder wirdt bekert / vnd thüt dar-
nach auch was Gott will / Wer böses
thüt / der kan vnd sol verdampt werde /
wen er im bösen verharret / Gleich wie
Gott Petrum / Paulum / vnd vns ande-
re Christen zur seligkeit versehen hat /
Also

Also hat er auch zuvor beordnet vnd ver-
sehen ire bekerung / iren Christlichen wā-
del / büsse vnd gute werck / darinnen sie
wandeln / vnd iren berüff vnd glauben
bezeugen müsten. Ephe. ij.

Wir sollen den tieffen abgrund Göt-
licher vorsehung nicht mit menschliche
fürwitz handeln / sonder thün was vns
Gott heisset vnd befilhet / nemlich dem
Euangelio gleubē / Wer im gleubt / der
ist der eruelten einer Rom. 8. Johan. 8.
Wer im noch nicht gleubt / der ist ent-
weder nicht auß der zal der außewela-
ten / oder aber es ist die stunde seines bes-
ruffs noch nicht komen. Wer hie nicht
grewlich fallē will wie Lucifer / der soll
mit den heimlichen gerichtē Gottes vns
verworen bleiben.

Et placet mihi, quod Augustinus
noster de bono Perseuerantiæ cap. 22.
Prædicatores monet, de definita sen-
tentiã diuinæ uolūtatis locuturos apud
populum. Cum enim alloquamur Ec-
clesiã Dei, uel Christi fideles, nõ debe-

D iij mus

mus dicere. Ita se habet de Prædestinatione definita sententia uolūtatis Dei, ut alii ex uobis de infidelitate, accepta obediendi uoluntate, ueneritis ad fidē. Nam cum dicimus ex uobis, certè uide mur cæteris facere iniuriam, uel eos à salute excludere. Sed ita coram Ecclesia dicamus:

Ita se habet de Prædestinatione definita sententia uolūtatis diuinæ, ut ex infidelitate ueneritis ad fidem, accepta uoluntate obediendi à Deo, utq; accepta etiam perseuerantia permaneat in fide.

Gott hat euch den glauben inn Christum / vnd guten willen gegeben / vnd gibt euch auch die gnade / das jr biß ins ende im glauben verharret.

Similiter nec sic est loquendū apud populum. Cæteri uero qui in peccatorū delectatione remoramini, ideo non
dum

dum resurrexistis, quia necdum uos ad
iutorium gratiæ miserantis erexit. Ta-
libus enim uerbis uideremur quibusdā
in turba denegare gratiam pœnitentiæ.
Sed hoc modo coram populo loqua-
mur, Si qui autem adhuc in peccatorū
damnabilium delectatione remorami-
ni, apprehendite saluberrimam disci-
plinam, quod tamen cum feceritis, no-
lite extolli quasi de operib⁹ uestris, aut
gloriarī, quasi hoc nō acceperitis. Deus
est enim qui operatur in uobis, & uelle
& operari, pro bona uoluntate.

QVOMODO CAVTE
de Libertate Christiana
loquendum.

CHristus nos liberauit à peccato &
pœna peccati, æterna maledictio-
ne, uel morte, à potestate Satanæ, do-
nat nobis Spiritum sanctum, qui corda
D v nostra

nostra renouat, ut nobis libeat ambulare in praeceptis Dei, & tuetur nos contra infidias & uiolentiam Diaboli, liberauit nos item à lege caeremoniali & iudiciali Mofi, & onere traditionū humanarum in Ecclesia. Omnes traditiones Ecclesiae, quae ad ordinem faciūt, serua-
mus libere, ut omnia in Ecclesia ordinate gerantur. Sed non ponimus in iis seruatis pietatem, uel citra scandalum neglectis, peccatum.

Hæc est præeminēs illa libertas, quā in Christo habemus, spiritualis, nō carnalis. Sed curandum est, ne libertatem illam demus in occasionem carnis, sed per charitatē seruiamus nobis inuicē, & ne scandalizemus simplices fratres, sicut Apostolus docet Galat. V. Et Roma. XIII. I. Corin. VIII.

Man soll auß der geistlichen freiheit
kein fleischliche sicherheit vñ müßwillen
machen/

machen / das man wolte vogelfrey / vñ
niemand's vnterworffen sein.

In carne possumus esse serui omni-
um, omnibus subiici, & simul in Spiritu
esse liberi, non à debitis & seruitute ciui-
li, sed à peccato, morte & inferno, ut iā
peccatū & Satan nobis nō dominētur,
sicut antea cum essemus sub tyrannide
diaboli, & nondum essemus in Christi
gratiam & regnum recepti. Ita Apосто-
lus Rom. VI. Peccatum uobis non do-
minabitur, nō enim estis sub Lege, sed
sub gratia. Et Ioan. cap. VIII. Si uos fi-
lius liberauerit, uere liberi estis.

QVOMODO CAUTE
de Magistratu loquendum.

Magistratus nō est Tyrannis aut
uiolentia, sed legitima potestas à
Deo data nobis in bonum.

Omnes leges & constitutiones Ma-
gistratuū, Christiani diligēter seruare
debent,

debent, nisi sint impia, quæ peccatum præcipiant. Tunc enim oportet magis obedire Deo, quàm hominibus, Acto. XV. Et illæ Magistratum cõstitutiones non debent haberi pro purè humanis traditionibus, quia habent uim suã obligãdi immediate à uerbo Dei. I. Petri. II. Subditi estote cuius humanæ creaturæ, id est, ordinationi, propter Dominum, siue Regi, tanquam præcellenti, siue præsidibus, ut qui per eum mittantur, ad uindictam quidem nocentium, laudem uero recte agentium, quoniam sic est uoluntas Dei, ut benefaciendo obturetis os omnibus hominibus ignorantibus, Tanquàm liberi, & nõ ueluti prætextum habentes malitiæ libertatem, sed tanquàm serui Dei.

Vulgus hominũ ex temeraria persuasione didicit cõtemnere Magistratum, quare diligẽter & sæpe populo inculcanda

culcanda sunt hęc Apostoli uerba Ro-
ma. XIII. Omnis anima potestatibus,
quę præsunt, subdita sit. Non est enim
potestas nisi à Deo, qui potestati resi-
stit, Dei ordinationi resistit, qui restite-
rint, sibi ipsis iudicium accipient. Ma-
gistratus est minister Dei, ultor ad irā
ei, qui quod malū est fecerit. Quapro-
pter oportet esse subditos, non solum
propter iram, sed etiam propter consci-
entiam. Sæpe doceatur, q̄ egregia ope-
ra sint, & Deo gratissima, pie gerere Ma-
gistratum, & Magistratui libenter &
prompte obedire.

QVOMODO CAUTE
tractandus sit locus Isaia trigesi-
mo quarto: Dabo uniuer-
sos filios tuos doctos
à Domino.

Non temere locum hunc produ-
cimus, Nam ab imperitis iacta-
tur,

tur tanquam Encomium imperitiæ, & hic putant se uerbum Dei habere, quo omnes bonæ artes, & ipsa deniq; Theologia studia explodantur. Christus satis explicat hunc locum Ioan. VI. Nemo potest, inquit, uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Et scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docti à Deo. Omnis ergo qui audiuit à Patre, & didicit, uenit ad me.

Hic Christus de communi illa & omnibus saluandis necessaria doctrina loquitur, qua Christum agnoscimus esse filium Dei, propter nostram salutem hominem factum, & in eum, ut nostrum unicum saluatorem, credimus. Hac doctrina illuminatur certè omnes electi, Et qui ea caruerit, condemnabitur.

Sed est etiam in Ecclesia alia eruditio, quæ uocatur donum Prophetiæ, quo
dono

&
uo
eo
fa
e-
a
u-
i-
b-
a
-
o
fi
o
n
o
-
b
-
o

dono donantur nō omnes Christiani,
sed qui Ecclesiis docendis præficiuntur,
ut Scripturas sanctas exponant, ad ædi-
ficationem, exhortationem & consola-
tionem, cuius mentio fit. I. Cor. XIII.
Hoc donum non est omnibus cerdoni-
bus, sartoribus & sutoribus cū Apосто-
lis commune, quo qui carent, nō debēt
docere in Ecclesia, sed docentes reuerē-
ter audire, ut Apostolus ait, Qui nō est
interpres, taceat in Ecclesia, cæterum si
bi ipsi loquatur & Deo.

QVOMODO CAVTE de Satisfactione loquendum.

PROPRIE nulla est alia Satisfactio
pro peccatis mundi, quàm preciosa
mors Christi, hæc una satisfecit pro no-
bis iustitiæ diuinæ, & nos Deo reconci-
liauit. Sed illius Satisfactionis nemo
fit particeps, nisi credentes Euangelio
Christi.

Christi. Nemo autem habetur in numero credentium, nisi emendet uitam impiam, & testetur bonis operibus fidem suam, uel ut Apostolus ait, qui abneget impietatem & mundanas concupiscentias, sobrie & iuste, & pie uiuat in presenti sæculo. Ideo seiplos periculose decipiunt, qui sic blasphemant, Quid opus est me ieiunare, orare, corpus adfligere, opera bona exercere? Nonne Christus pro me satisfecit Legi? Si ipse fecit, quid opus est meis operibus? Verum est frater. Christus, & iustitię Dei rigorosę, & Legi satisfecit plenissime, & inestimabile precium persoluit, pro delendis nostris peccatis, Sed nemo fit particeps illius plenissimę satisfactio- nis, nisi credat in Christum, Et qui credunt in Christum, proculdubio odiunt peccatum, pro quo expiando tam preciosam uictimam offerri oportebat, & innocens

innocenter uiuere incipiunt. Qui au-
tem in peccatis manent, nec pœnitent,
illi non credunt filium Dei pro nostris
peccatis mortuum esse, Ideo inter Eth-
nicos sunt numerãdi, & de Satisfactio-
ne Christi, nec possunt, nec debēt glo-
riari. Non te à peccatis redemit, ut sem-
per in peccatis maneat, sed ut peccato
deleto, iuste uiuas, sicut Chirurgicus
lœraliter uulneratum nō ideo sanat, ut
rursus uulnera accipiat, sed ut deinceps
sanus permaneat. Ita Apostolus dicit,
I. Theff. IIII. Deus non uocauit nos im-
munditiæ causa, sed ad sanctificationē.
Et Roma. VI. Nos sumus sepulti cum
Christo per Baptismum in mortē, ut
quemadmodū excitatus est Christus
ex mortuis per gloriã Patris, Ita & nos
in nouitate uitæ ambulemus.

Sic igitur Christianus cogitabit &
dicet, Christus Domin⁹ meus & Deus

E meus

meus propter peccata mea delēda mortuus est & satisfecit, Ergo posthac peccata fugiam, tanq̄ pestem infernalem, quæ nullo alio remedio, quàm innocētissima morte filii Dei, deleri potuit.

hat die bezalung meiner sünde vnd die versünung so viel gekostet / nemlich den bitteren tod meins Gottes / so behüt mich Gott für sünden.

QVOMODO CAVTE de Virginitate loquendum.

Virginitas talis est status, quē Paulus consulit donū castitatis habentibus, & sine multis impedimentis potest tractare Euangeliū, sicut Apostolus ait, Innupta curat ea quæ sunt Domini, ut sit sancta, cum corpore, tū spiritu. Ita igitur docendum est, Qui habet à Deo donum continentiae, ille eo utatur. Tempus breue est, præterit habitus huius mundi. Qui autem uritur,
et do

& donum illud non habet, uiuat in ma-
trimonio sancto. Ad afflictionem qui-
dem in carne habebunt coniuges, sed
sunt in eo statu, qui placet Deo, & fons
est honestatis publicæ, Honorabile e-
nim est inter omnes coniugium, &
cubile impollutum, ait Paulus Hebr.
IX. Scortatores autem & adulteros iu-
dicabit Deus.

DE CONFESSIONE quomodo caute loquendum.

Confessio semper fuit in Ecclesia,
sed per homines addita sunt quæ-
dam inutilia, imò periculosa.

- I. Dixerunt omnia peccata esse pro-
denda, quod est impossibile.
- II. Et proponenda proprio sacerdoti
tantum, nisi ab eo ueniam acceperint,
alibi confitendi. Profecto utile est, pro-
prium pastorem consulere, sed nō est

E ij hic

hic conscientia præcepto oneranda.

III. Omissio uno peccato uoluntarie,
totam confessionem esse repetendam.

IIII. Populus persuasus fuit, propter
ipsum opus confitendi, & cōtritionem
propriam, remitti peccata, De Christi
meritis parum cogitauit. Hæc tanq̃ ne-
cessaria Scholastici urgebant, cum ma-
gno conscientiarum periculo.

Confiteri ergo Christianus debet,
& Deo semper, & sæpe Ministro Ver-
bi, ad minimū, quando ad mensam Do-
mini accessurus est, ut audiat uerbum
Christi ex ore Ministri, qui per os Mi-
nistri nos absoluit à peccatis nostris.
Nam Christus dedit claues regni cælo-
rum Ecclesiæ suæ, hæc committit Mi-
nistris uerbi, quibus illi remittunt pec-
cata, illis sunt remissa, quibus retinent,
sunt retenta. Credere ergo firmiter de-
bemus absolutioni, non minus quàm
si Chris

si Christus ipse uisibiliter nos absolue-
ret, sicut absoluit Magdalenam & Para-
lyticum.

Communicaturi debent ante perce-
ptionem uenerabilissimi Sacramēti di-
ligenter examinari in confessione, non
multi simul, sed singuli, ut pastor ex-
ploret, an intelligāt Catechismum, an
sciant cur sit communicādum, & quid
in Sacramento sit quærendum.

QVOMODO DE HV^s manis traditionibus caute loquendum.

Non omnes traditiones hominū
sunt reiiciendæ, & in primis mone-
mus, ne ciuiles ordinatiōes & leges in-
ter traditiōes humanas collocetis. Nā
hoc uocabulo solemus uti, quoties de
constitutionibus Episcoporum in Ec-
clesia loquimur. Et tantum illas tradi-

E iij tiones

tiones reiicimus, quæ uel apertè reluc-
tantur uerbo Dei, ut doctrina de Sacri-
ficio Missæ, quòd mereatur remissio-
nem peccatorum, pro uiuis & mortuis,
Doctrina de cœlibatu impuro, quòd Sa-
cerdotes & Monachi peccent contra-
hendo matrimonium, uel quoties Epi-
scopi aut Sacerdotes condunt leges, uel
traditiones, quibus Deus sit colendus,
& quibus iustificari peccatores debeât,
quales traditiones sunt in Monacha-
tu de cibis & uestitu uario, quibus pu-
tarunt se colere Deum, posuerunt pec-
catum in transgressione talium do-
ctrinarum, & iusticiam in earum ob-
seruatione.

Tales doctrinas Christus Matth.
XV. apertè improbat & damnat, dicēs:
Hypocritæ, recte de uobis prædixit I-
saias, Appropinquat mihi populus hic
ore suo, & labiis me honorat, cæterum
cor eos

cor eorum procul abest à me, sed frustra me colunt, docētes doctrinas præceptaq; hominum, *Es ist eitel vergiblicher vnnützer dienst.* Sed quædam traditiones in Ecclesia fiunt bono fine, nempè propter ordinem seruandum. Apostolus enim non frustra Corinthios monuit, ut in Ecclesia omnia decenter, & secundum ordinem fiant. I. Cor. XIII. In his nõ quærimus iusticiã, sed rudes quasi pædagogia quædam retinemus in officio, ut discant reuerenter tractare sacra. Sic seruamus diem dominicum, sic Episcopus præscribit ieiunium propter orationẽ feruentius celebrãdam, statuitur dies quo ad audiendum uerbum Dei, & percipienda Sacramenta populus conuenire debet, præcipua anni Festa, de Natiuitate, Circūcisione, Passione & Resurrectione, Ascensione Domini, Spiritus

E iij sancti

sancti missione, de Annūciatione angelica, de Ioanne Baptista, seruamus, ut mysteria Euangelii præcipua, quæ in iis commemorantur, memoriis hominum efficacius infigantur, & tenacius inhæreant.

Contra huiusmodi traditiones, quæ de rebus mediis constitutæ sunt, ordinis gratia, nemo debet concionari, sed eas approbare, ne simplices à talibus ceremoniis & traditionibus deterriti, incipiant omnia pietatis exercitia contēnere, sicut fit, ubi prædicatores sine differentia omnes traditiones reiiciunt, ut iam uidemus in multis locis populum non intrare templū, uel si intrant, nihil curare omnia sacra. Cuius erroris auctores sunt indocti & temerarii prædicatores, qui sine modo, & sine discrimine omnibus ceremoniis, & traditionibus reclamāt, donec populus etiā contemne

re cœ

re cœpit publicas conciones, & sacramē
torum administrationem.

Ex iis facile intelligimus, quomodo
de cæremoniis & festis sentiendum &
loquendum sit caute. Cæremoniis Ec-
clesia militans in carne carere non po-
test, quare si non sunt palam aduersa-
riæ uerbo Dei, sed boni ordinis gratia
hactenus seruata, sine impia opinione
iustitiæ per eas acquirendæ, certè non
sunt abiiciendæ, sed pacis gratia custo-
diendæ, ne offendantur simplices. Ma-
gni tumultus & infinita scandala oriun-
tur ex huiusmodi cæremoniarum mu-
tatione, ut in Historiis Ecclesiasticis Eu-
sebii, & aliorum, clare legimus. Quare
pius & prudens pastor diligenter caue-
bit, ne subita talium rerum mutatione
scandala pariat. Quare utile est, ut illa-
rum similitudo retineatur, ne uestes
Ecclesiasticæ, quibus in administratiōe

Sacramentorum utimur, reiiciantur,
sed retineantur propter decorum in li-
bertate Christiana.

Similiter Festa non sunt statim abe-
roganda, ut populus assuescat certis sal-
tem diebus audire uerbū Dei, & sacris
interesse, eorumq; participatione exer-
ceatur ad pietatem.

QVOMODO CAVTE de Ieiunio loquendum.

DVplex est Ieiunium, quotidianū
& speciale. Quotidianū est, quo-
tidiana Christianorum sobrietas & tē-
perantia. Semper enim à crapula & e-
brietate cauere debent, iuxta admoni-
tionem Christi, Lucae XXI. ut semper
integris sensibus queant glorificare no-
men Domini. Ad hoc passim urget Scri-
ptura, Ephes. V. Ne inebriemini uino
in quo luxus est, sed impleamini Spiri-
tu, lo

tu, loquentes uobis ipsis per Psalmos & hymnos, & cantiones spirituales, canentes & psallentes in corde uestro, Deo gratias agentes semper de omnibus, in nomine Domini, Roma. XIII. Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tanquam in die compositè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus. Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias. I. Thessal. V. Nos qui sumus filii Dei, sobrii simus. Tit. I. Apparuit gratia Dei salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, ut sobriè uiuamus, &c.

Sed speciale Ieiunium est, quando uel tempore magnæ calamitatis, uel orationis gratia, homo ieiunium unius diei aut plurium sibi prescribit, aut Episcopus uel Magistratus ieiunium indicit, sicut fecit Iehosaphat Rex Iuda, II. Para. XX. Et Apostolus, I. Cor. VII. coniugis

coniugibus tale ieiunium præscribit, di-
cens: Ne fraudetis uos inuicem, nisi si
quid ex consensu pro tempore, ut uace-
tis ieiunio & precationi. Et nos existi-
mamus, Ieiunium quadragesimale hac
de causa, tamen in libertate Christiana
olim esse seruatum in Ecclesia primiti-
ua, ut populus ieiunio præpararetur ad
ardentius & attentius orandum, ac gra-
tias agendū in cœna Domini, pro pre-
tiosissima morte Christi, qua ab omni-
bus malis in æternum redēpti sumus,
& pro uictoriosissima eius resurrectio-
ne, unde nostra iustificatio & resurre-
ctio proueniunt.

Certè Sanctus Ignatius, Ioannis E-
uangelistæ discipulus in Asia, Martyr
Christi, in Epistola ad Philippenses sic
ait: Nolite Quadragesimam pro nihi-
lo habere, imitationem enim continet
conuersationis Dei. Verum non one-
rauit

ravit uir sanctus conscientias his oneribus, quibus nos hactenus molestarunt, qui præceperunt hoc ieiuniū sub peccato mortali, carnes, oua, butyrum, prohibuerūt, quarum rerum nulla est mentio apud Ignatium.

Diuus etiam Hieronymus contra Montanum hæreticum ait: Nos Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum toto anno ieiunamus. Et huius Ieiunii sæpe meminit Diuus Ambrosius.

Vel breuius sic.

Welcher ein Christ ist/ der wird gewislich vñ Geist Gottes bewegt/ nüchtern vñd messiglich zu leben alle tag/ damit das nutwillige fleisch dem geist nicht uerpolttere/ Auch wenn er etwas ernstlichs von Got bitten wil/ oder sich zu einer ernstlichen dancksagung inns Herrn Nachtmal schickē wil/ so wird er auch zūvor durch anregung des Geists Christi fasten/ oder messiglich vñ nüch-
seren

teren leben / Wo ers nicht thut / so ist er
noch gar fleischlich vnd ein titel Christ.
Die erste frome Christēheit vor tausent
jarē hielte die vierzig fasttage / ein jder
nach seiner gelegenheit / Was sind wir
für Christen / das wir im jar nicht ein o
der zwey mal wöllen fasten / wenn wir
zū Gottes tisch gehen sollen / Doch dis
alles von der besondern fasten sol eine
lere vñ vermanūg sein / nicht ein gebot /
das man der cōscientiē keine strick lege.

QVOMODO DE ORA
tione caute loquendum.

Q Vi uere orare uoluerit, in Spiritu
& ueritate oret, non tantum uer
ba labiis multiplicet. Intente & ex fide
facta oratio exauditur, Nam Deus pre
cepit orare, Lucae X VIII. & promisit
exauditionem, Matth. VII. Certi igi
tur aliqd pete à Patre cœlesti per Chri
stum, siue sit spirituale, siue corporale,
Sed ante omnia pete ueram & constan
tem

tem fidem in Christum. In petēdis re-
bus ad hanc uitam pertinētibus, ut est
sanitas, uictus, & alia, adice diligenter
hanc clausulam, Domine, fiat uolūtas
tua. Nam ipse nouit, quid nobis cōdu-
cat, quid uē noceat. Et orandum est per-
seueranter. Exemplū habemus in Chri-
sto, qui Lucę VI. in mōte orabat & per-
noctabat in deprecatione, teste Luca.
Et beata Virgo Deipara, cum Apосто-
lis unanimiter in deprecatiōe perseue-
rabat. Acto. I. Et Paulus Thessa. V. ait,
Indefinenter orate. Et Christus Lucę
XVIII, proposita parabola de uidua &
iniquo iudice, docuit, quòd oporteat
semper & instāter orare, nec defatigari.

Quòd autē Christus Math. VI. re-
iicit orationes Phariseorum, In causa
erat ipsorum error & abusus, Bonum
& necessarium est orare, sed oportet
orare iuxta uerbum Dei. Phariseo-
rum

rum oratio erat hypocrisis contra uerbum Dei, querebāt laudem hominum, publice in plateis orantes. Et erat multiloquium, sine fide & attētionē cordis, sicut murmur Clericorum, quādo horas Canonicas permurmurāt, sine attētionē & deuotionē. Ideo dicit: Orantes, ne sitis multiloqui, sicut Ethnici, putant enim fore, ut ob multiloquium suum exaudiantur, Ne igitur efficiamini similes istorum. Non reiicit igitur Christus assiduam & prolixam orationem, quæ fit ex corde fideli & attento, Sed illud multiloquium labiorum, quando cor nihil serio desyderat & attente, sed tantum labia perstrepunt sine mente.

Vel sic breuius.

Welcher recht bettē will, der soll aus rechtem vertrauen inn Christum von hertzen etwas vom Gott begern / wie ein kind von seinem lieben Vatter, vnd
sol lang

sol lang oder kurz beten / nach dem in
die not vnd andacht dringet / Wolte
Gott / das wir auch eine ganze nacht
betten künden / vñ grund vnser hertz
ens / Wie Christus thet Luce. 6. Aber
wen man allein viel wort mit dē munde
machtet / vñ das hertz kein auffmercken
noch ernstlich begird hatt / etwas von
Gott zuerwerben / das ist ein eitel gleis-
nerey vñ phariseisch geschweyz / welchs
Gott nicht habenn noch erhören will /
Den Christus spricht Johan. am 4. Die
rechten anbetter / das sind die Christen /
die werdē den Vatter anbettē im Geist
vnd inn der warheit.

Concionator assiduè hortetur po-
pulum ad seriam & perseuerantem ora-
tionem, & sæpe inculcet efficaciam ora-
tionis Christifidelis, in hunc uel simi-
lem modum,

Moses orabat pro populo, & Do-
minus per æneum serpentem subue-
niebat, Nume. XXI.

F Aaron

*Vis ora
tionis fi
delis.*

Aaron stabat inter mortuos & ui-
uentes, pro populo orans, & plaga ces-
savit, Num. X VI.

Ezechias orauit cū mortaliter ægro-
taret, & exorauit xv. annos, Isa. xxxviii.

Ecclesia primitiua orabat pro Petro
capto, & cathenæ cadunt, Petrus libera-
tur, Acto. xii.

Paulus orat in magna tempestate
maris, & uitam exorat cclxxvi. homini-
bus. Acto. XXVII.

Cornelius ardentem orat, & mitti-
tur primo ad eum angelus dicens, Ora-
tiones tuæ, & eleemosynæ tuæ ascen-
derunt in memoriam coram Deo. Et
mox mittitur ad eum Petrus, ut eum
in fide Christiana instituat, & bap-
tizet, Actor. X. Scripturæ talibus exem-
plis plenæ sunt. Ideo in omni necessi-
tate mox orate Patrem nostrum cœle-
stem, per Christum in fide, & dabit
uobis

uobis petitiones cordis uestri.

QVOMODO CAUTE

de Sanctorum cultu sit

loquendum.

Ecclesia Christi catholica certè non
uit, nos omnes peccatores nasci, &
ex mera gratia Dei propter Christum
iustificari & saluari. Dein nouit & con-
fiteretur, quòd solus Iesus Christus est
noster Sacerdos apud Patrem in cœlis,
noster Mediator & Propitiator, qui
solus potuit & debuit nos liberare à pec-
catis, morte, & potestate Diaboli, &
Deo Patri reconciliare. Et quia pro-
pter sola Christi merita Deus nobis
propitius fit, & peccata remittit, & ui-
tam æternam dat. Et Ecclesia nouit,
quòd inuocare est opus secundi præ-
cepti, quod soli Deo debetur, non ul-
li puræ creaturæ. Nemo est inuocan-
dus, nisi ille in quem credere oportet,

F ij quod

quòd possit & uelit nos saluare . In solū
Deum debemus credere , solus igitur
Deus est inuocandus , ut nos ab omni
malo liberet, Pſal. XLIX. Inuoca me in
die tribulationis, & erua te, & tu hono-
rificabis me . Et Christus dicit, Venite
ad me omnes, Matth. XI.

Ita nos docet Spiritus sanctus per
suum organum Paulum Rom. III. Iu-
stificamur gratis per illius gratiam,
per redemptionem , quæ est in Chri-
sto Iesu, quem Deus proposuit propi-
tatorium per fidem , interueniente i-
psius sanguine.

I. Hic discimus primo, Nos gratis iu-
stificari per meram Dei gratiam , non
per nostra merita.

II. Oportuit tamen esse preciū quod-
dam tantæ redemptionis, & propitio-
riū, quo Deus placaretur nobis, & quod
pro nobis datum , mereretur nobis re-
missio

missionem peccatorum, & uitam. Hoc
preciū est ipsemet Christus Iesus, qui
suo proprio sanguine nos redemit, pla-
cauit iratū Deum. Non cuiuslibet ho-
minis sanguis & mors hoc præstare po-
terant, sed solius Christi sanguis, hæc
nobis emeruit bona æterna.

III. Fide efficimur illius precii partici-
pes, ut ipse sit nostra propitiatio pro
peccatis nostris. Iohan. II.

Hinc consequitur irrefragabiliter,
quòd nullus Sanctorum nos redemit,
sed solus Christus. Ideo propter nul-
lius Sãcti merita, nobis Deus fit propi-
tius, & nos saluat, sed tantum propter
infinita merita Christi, qui est Sanctus
Sanctorum.

Ergo Sancti non sunt inuocandi,
& eorum meritis non est fidendum.
Neq; enim sunt Deus, sed creaturæ. Et
non propitiarūt nobis iratum Deum,

F iij sed

sed solus Christus.

Et de Sanctorum inuocatione in canone Scripturæ nullum est præceptum, nullum cōsiliū, nulla promissio, nullum exemplum.

Viuos rogamus, ut pro nobis orēt, sed non inuocamus eos, nec eorū meritis fidimus, tāquā ipsi sint qui eripere possint, uel propter quorū merita adiuuemur, sed propter Christi merita. Et hanc orationem mutuā, qua alter pro altero orat, Scriptura exigit, habet exempla, & promissionem exauditionis.

Sed de iis inuocandis, qui obdormierunt in Domino, Scriptura nihil præcipit, nec consulit ut eos inuocemus, nec promittit in eorū nomine quicquam, nec habet exempla, ubi quispiam ex Christianis inuocauerit defunctos, & exauditus sit.

Si sumus Christiani, cur non apertū
Dei

Dei uerbum retinemus? cur non Chri-
stum uerū & unicum Mediatorē & In-
tercessorē apud Patrem amplectimur,
quem solum Pater ipse Propitiatorem
nostrum constituit? Et nullū alium cō-
stituit. In solo enim Christi nomine
promittitur nobis iustificatio & salus,
In nullius Sancti nomine promittitur.

Et Sanctorum uoluntas est confor-
mis uoluntati diuinæ, quare nolunt di-
uinos honores à nobis suscipere, qui so-
li Deo debentur.

QVOMODO IGITUR colendi sunt Sancti?

Honorificentissime de Sanctis iu-
xta Scripturas sentiendū & loquē-
dū est. Quos enim Deus ipse sic hono-
rat, eos proculdubio honorari uult & à
nobis. Sic em̄ scribitur Psal. lxxi. iuxta
septuaginta Interpretes, de Christia-
nis: Honorabile nomen eorū corā illo.

F iij Ipse

Ipse em̄ Pater eos pro filiis suis agno-
scit, Filius eos uocat fratres & cohære-
des, Spiritus sanctus uero sua templa.
Ideo passim exempla Sāctorum nobis
proponūtur consyderanda in Scriptu-
ris. Nonne Sancti qui in Christo ob-
dormierunt, sunt cum Christo: qui igi-
tur eos nō honorat, ipsum etiam Chri-
stum in eis contemnit, & gratiam Dei,
per quam tales tantiq; euaserunt, parui
pendit. Obsecro, quid sentit ille de san-
cta Ecclesia, qui nostra cōmembra, iam
cum Christo in pace constituta, & de
æterna salute certificata non honorat?
Christus dixit, angelos Dei gaudere su-
per uno peccatore pœnitentiam agen-
te, Lucæ XV. Quare proculdubio san-
cti fratres nostri, miro desyderio desy-
derant accelerationem nostræ pœnitē-
tiæ & salutis. Et cum Angeli pro nobis
orent, Zach. I. Verisimile est etiā, San-
ctos

ctos pro nobis orare, Nam charitas eorum erga nos non est diminuta, sed aucta, quàmuis hinc non sequatur Sanctorum inuocatio, Sicut neque Angelos inuocamus, sed solum Christum Deum nostrum.

Honorare tamē Sanctos debemus, sicut uetus Ecclesia eos honorauit, quę celebrabat honorificē Sanctorum memorias. Gratias egit Deo pro Sanctorum liberatione, pro gratia ipsis collata, & pro beatitudine eorum, ac pro eximiis donis, quę Deus per Sanctos in Ecclesiam effudit. Nonne, ut reliquos taceā, per Augustinum Deus Ecclesiam excitat, ut Pauli Epistolas intelligat, quādo uir ille Sāctus Christum in Scripturis tam ardentem querit, & Pelagianos tam potenter confutat & confundit, doctrina Pauli armatus?

Nonne Sancti clarissima gratiæ di-

F v uinæ

uīnæ specula sunt, in iis uidemus, quid
possit gratia Dei. Quando enim legi-
mus uel audimus eos, qui nobis similes
erant, tam mirabiliter & potenter potu-
isse uincere peccatū, mundum & mor-
tem, mox & nos excitamur ad concipi-
endam fiduciam tantæ misericordiæ
Dei, in Christo promissæ & exhibitæ.
Tum illorum exempla nos inflam-
mant ad imitationem, ut Deum pro si-
mili fide oremus, & Sāctorum uirtutes,
iuxta uocationis nostræ rationem imi-
temur. Sic confirmatur in nobis fides
in Christum, accēditur charitas, robo-
ratur spes æternæ salutis. Cogitamus
eos non esse amissos, sed præmissos ad
uitam futuri seculi. Et hūc articulum,
Credo Ecclesiam catholicam, Sanctoꝝ
communione, serio consyderamus.
Non eīm exigua consolatio est pio cor-
di, recordari eorū, qui primum ut nos
in

in mortali carne contra peccatum mi-
litarunt, nunc erepti sunt, & in tuto col-
locati. Nam nos eos certò sequemur,
sumus enim fratres eorum, conciuēs
Sanctorum, & domestici Dei, super-
structi super fundamentum Apostolo-
rum & Prophetarum, summo angula-
ri lapide, ipso Iesu Christo. O beatam
illam Dei ciuitatem, in quam tot infan-
tes, uirgines, martyresq; sunt recepti, u-
bi uidebimus in eternū Apostolos, Pro-
phetas, Patriarchas & iustos omnes, qui
ab Adam usq; ad ultimū in terris Chri-
stianum, in Christū crediderunt. Vide-
bimus angelorū choros, & ipsam super-
benedictam genitricē, nobilissimū my-
stici corporis membrum, deniq; unicū
illud ☉ æternum gaudium angelorū,
& hominum, Iesum Christum regem
gloriæ, & Deum, omnia in omnibus.
Nonne pia hac tantarum rerum me-
moria

moria, fides glorioſę reſurrectionis no-
ſtrę, & uitę future, in nobis excitabitur,
aletur & confirmabitur:

Ideo Apoſtolus nobis pulchrum ca-
talogum Sanctorum, quos ex Scriptu-
ris conſtat cum Chriſto eſſe, ponit ob
oculos, Heb. XI. deſcribens fidẽ Abel,
Enoch, Noah, Abraham, Iſaac, Iacob,
Sarę, Ioseph, Moſi, Rahab, Gedeonis,
Samſonis, Dauid, Samuelis, ut in eis cer-
namus uim fidei & gratię Dei, militiam
& uictoriam contra mundum, peccatũ
& mortem, & in fide ac ſpe corrobore-
mur. Et Heb. XIII. dicit: Mementote
eorum qui locuti ſunt uobis ſermonẽ
Dei, quorum imitemini fidem, cõſyde-
rantes qui fuerit exitus conuerſationis
illorum Et I. Tim. I. Chriſtus Ieſus ue-
nit in mundum ut peccatores ſaluos fa-
ceret, quorũ primus ſum ego. Verum
ideo miſericordiam ſum adeptus, ut in
me primo

me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad exprimendū exemplar iis, qui credituri essēt in ipso in uitam æternam.

Porro cum Thessalonicenses Ethnicorum more lugerent immodice suos defunctos, Apostolus non tollit omnino hanc memoriam, & curam pro mortuis, & memorias pias Christianorum dormientium, sed eas confirmat, tantū corrigit abusum. Nam recordari Christianifidelium, qui obdormierunt, pietatis Christianæ est. At Sadducæorū deplorata cæcitas, mortuos simul ex domo & animo abiicit, quasi nunquam sint reuicturi, sed perituri, sicut bestię pereunt, quibus à morte corporis nihil superest.

Sed audite uerba Apostoli consolantissima. Si credimus, inquit, quòd Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus

eos

eos qui obdormierunt per Iesum, addu-
cet cum illo. Hęc uerba nostrę resurre-
ctionis fidē maximē confirmant, q. d.
Ablati quidē ab oculis uestris sunt ue-
stri amici & fratres, sed non perierunt.
Quām certō enim Christus resurrexit
à mortuis, tam certo etiā resurgent ue-
stri amici. Et in fine capituli primæ ad
Thess. ait: Consolemini uos mutuo ser-
monibus his, Qui erant sermones illie
nimirū, Christus resurrexit, Credētes
in Christū etiam resurgent, Semper cū
Domino erimus, hoc est, Mors corpo-
ralis nos ad breue tempus separauit, sed
rursus conuiuemus, & simul cum Chri-
sto in æternum regnabimus.

Was dürffen wir vns fast bekümme-
ren der verstorbenen halbē? müssen wir
doch wider alle zusammen kommen, vnd
darnach hinfurt ewiglich beyeinander
in freude vnd glori bleiben.

Ita

Ita Apostolus Ecclesiam consolatur, & ipsa se Apostoli monitis solatur, sermonibus certis de certissima quiete, pace & salute fratrum obdormientium in Domino.

Nos data opera coniungimus Sanctos, de quorum salute Scriptura testatur, & reliquos, quos etiã speramus in fide Christi obdormiisse. Nam & ipsi, si in Domino obdormierũt, Sancti sunt. Horum certè memoria semper in Ecclesia religiose celebrata fuit. Quare non putamus admodum à Christiana pietate alienum esse, si pro nostris defunctis semel atq; iterũ ex libera deuotione orauerimus. Caritas enim Christiana mirè efficax uirtus est, nec se cõtinet, quin & pro uiuis & pro defunctis sit sollicita, ita ut commemora nostra ex hoc seculo emigrantia, pia prece commendet Christo Domino ac Deo nostro

nostro in æternum benedicto.

Et hæc erat olim, & est nūc in Ecclesia catholica Memoria defunctorum, quæ euidens testimoniū est charitatis, & fidei, de gloriosa carnis resurrectione, & cum sit fidei fructus, quæ per charitatem operatur, nemo eam reiiciet, nisi Epicurei & Sadducæi.

Eiusmodi defunctorum memoriã celebrauit uetus Ecclesia, ut est apud Orthodoxos, à quorum sententia recedere non est tutum, nisi repugnent uerbo Dei.

Gregorius Naziāzenus Theologus in oratione funebri ad Cæsarium fratrem de matre sua, ostendit memorias defunctorum celebrari solitas.

Idem ait Gregorius Nyssenus. Idem Chrysostronus in sermone quodam Homilia LXIX.

Ambrosius de obitu Theodosii Imperatoris,

peratoris: Dilexi, inquit, uirum, & præ-
sumo de Domino, quod suscipiat uocē
orationis mee, qua prosequor animam
piam. Da requiem seruo tuo Theodo-
sio, illò conuertatur anima eius, unde
descendit, ubi mortis aculeū sentire nō
possit, ubi cognoscat mortē hanc, non
hominis finem esse, sed culpæ.

Et in Concilio quodam Aphrica-
no, capite VIII. iubetur fieri defuncto-
rum commendatio, post meridiem, so-
lis orationibus.

Augusti. lib. Confess. IX. cap. XIII.
orauit pro Monica sua matre defun-
cta, & scribit eandē desyderasse memo-
riam sui ad altare Dei fieri, ubi uictima
sancta dispensatur, quo Chirographū
deletum est, quod erat contrarium no-
bis. Et lib. de Ciuitate Dei, ca. IX. Pio-
rum animæ mortuorum, non separan-
tur ab Ecclesia, quæ etiam nunc est re-

G gnum

gnum Christi. Alioqui nec ad altare
Dei fieret eorum memoria in commu-
nicatione corporis Christi. Et de cura
pro mortuis gerenda cap. IIII apertè in-
nuit supplicationes, quæ fiunt recta fide
& pietate pro mortuis, non esse omittē-
das. Et de hæresibus LXXXVIII. ad
Quoduultdeum hæresi, LIII. scribit
quendam hereticum nomine Aërium
Arrianum dogmatizasse, nō oportere
pro mortuis orare.

Similiter in lib. de cura pro mortuis
gerenda, cap. I. dicit: In precibus Sacer-
dotis, quæ Domino Deo ad altare eius
funduntur, locum etiam habet cōmen-
datio mortuorū. Ecce uetustam Eccle-
siae consuetudinem, quæ proculdubio
non tales anniuersarios perpetuos, & sa-
crificia pro peccatis defunctorū institu-
it, ut Papa, sed ex libera charitate Chri-
sti fideles Deo commendauit.

Ioannes

Ioannes Damascenus in Sermone,
de iis qui in fide hinc migrarunt, dicit:
Apostoli, discipuli Saluatoris, in tremē
dis uitalibusq; Sacramentis, Memoriam
eorum qui fideliter obdormierunt, ha-
bendam esse dixerunt, Et dicit catholi-
cæ Ecclesiæ receptam & generalem ob-
seruationem fuisse.

Ecclesia itē uetus, religiose celebra-
uit memorias Christianorū, quos autē
Scripturarū testimoniis certē nouit, aut
ex præcedentis uitæ perspecta pietate
non dubitauit apud Christum esse.

Ilychius Naziāzeni discipulus in Le-
uit. lib. VI. ca. XIX. Nobiscum, inquit,
sunt Prophetæ, & quotquot iusti apud
populum Iudaicum fuerunt, intantum
ut memoriæ eorū à nobis annis singu-
lis honorentur.

Augustinus De disciplina Christia-
na, cap. II. Nonne has mortes subierūt,

G ij quos

quorum natalitia celebramus. Et contra Faustum Manichæum lib. XX. ca. XXI. Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandā imitationem, & ut meritis eorum consocietur, Ita tamen ut nulli Martyrum, quāuis in memorias Martyrū, cōstituamus altaria.

Colimus ergo Martyres, eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac uita coluntur Sancti homines Dei, At illo cultu qui græcè dicitur Latria, Latine uno uerbo dici non potest, cum sit quædam propriè diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum. Ipsi enim Sancti, uel homines uel Angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberi norunt.

Idem lib. III. contra II. Epistolas Pelagianorum, ad Bonifacium, cap. VIII.
Sancti

Sancti omnes, siue ab illo antiquo Abel
usq; ad Ioannem Baptistam, siue ab i-
psis Apostolis, usq; ad hoc tempus, &
deinceps usq; ad terminū seculi, in Do-
mino sunt laudandi, nō in seipsis, quia
illoꝝ uox est, Gratia Dei sum, id quod
sum. Et ad omnes pertinet, ut qui glo-
riatur, in Domino gloriatur.

Idem lib. Confess. X. ca. XLVI. Do-
mine quem inuenirem qui me reconci-
liaret tibi? an eundem fuit ad angelos?
qua prece? quibus Sacramentis?

Similia de Angelis honorandis ha-
bet August. de uera Religione cap. LV.
Angelos diligimus, & his gratulamur,
& honoramus eos charitate, non serui-
tute, nec eis templa construimus, no-
lunt enim se his honorari à nobis.

Et lib. xxii. de ciuitate Dei ca. x. pie
docet, quomodo sanctis Martyribus
non debeat exhiberi Latria, aut eis eri-

G in gi

gi templa, sed soli Deo. Idem agit libro primo cōtra Maximum Arrianorum Episcopum.

Hieronimus in cap. III. Sophoniae: Nomē Apostolorum quotidie nominatur in Ecclesia, quotidie magnificat, non quòd ipsis profit à nobis in Ecclesia nominari, sed quòd nos magnificantes nomen eorū, & quę scripserunt, iactantes, consequamur salutem.

Vel sic breuius.

Wir sollen Christum vnsern einigen erlöser / Bischoff / mitler vñ fürsprecher im himel bey dem Vatter / anruffen / zu im vertrawlich in aller not flichen / als zum Gnadenstuel / da sich Gott allein wil in gnadē findē lassen / Den er spricht selbs Mat. II. Kompt alle her zu mir / die jr mühselig vñ beladen seid / Ich will euch erquickē . Vñ die ganze Schrift weist vns zu Christo / der vns allein zum Vatter bringet / Er allein ist vnser barmhertziger vñ trewer hoher
Priester

priester für Got, in den dingen die wir
für Gott zu handeln haben / Heb. 2

Aber die Schrift leret nirgent / das
wir zu denen / so im Herrn entschlaffen
sind / inn vnsern nöten fliehen / sie an-
ruffen / vnd hülffe bey jnen hoffen vnd
suchen sollen. Die Schrift leret aber /
das man die Heiligen / als die aus erwel-
ten glider Christi / vnser trewe brüder /
sollen sonst ehren / das ist / ehlich von ja-
nen halten vnd reden / Gott in jnen prei-
sen / vnd sie in Gott loben / der in solche
überschwencliche gnade bewisen / vnd
zu solcher herligkeit erhöhet hat / Vnd
lasset vns Gott solche gnade teglich vr-
künden / auff das wir durch diese exem-
pel lernen / vns gleicher gnade vñ hülffe
zu vnserm trewen Gott zu versehen / vñ
das wir dardurch gereitzt werden / Got
mit ernst zu bitten / das er vns armen
sündern / die noch mit dem fleisch kemp-
ffen / auch wölle einen solchen feste glau-
ben / liebe vnd hoffnung geben / wie die
lieben Heiligē hie zeitlich gehabt habē /
auff das wir auch also mügenn durch

G iij Chris

Christum / vnser eigen sündigs fleisch /
die welt / vnd den bösen Geist überwin-
den / vnd zu den lieben Heiligen kome-
men / das ist auch gewislich jr herzlich
sehnen / denn sie haben vns lieb / vnd
freuen sich vnser fromigkeit vnd sel-
ligkeit.

QVOMODO CAVTE
de Imaginibus loquendum.

SCriptura Leui. xxvi. prohibet fieri
Simagines, Sed addit notanter, ut ado-
remus eas. Tales igitur Imagines in Ec-
clesia haberi non debent, ut adorentur,
Sed imagines Christi, beatę Virginis,
Patriarcharum, Apostolorum &c. me-
moriales licitè haberi possunt. Ad hoc
enim profunt, ut nos moneāt. Vt dum
intueor imaginem crucifixi, aut Chri-
sti resurgentis, statim reuocātur mihi
in memoriam, saluifica mors Christi,
& gloriosa eius resurrectio, quarum re-
rum memoria certe & utilis est, & nec-
cessaria.

cessaria. Sic enim Gregorius scripsit
Massiliensi Episcopo: Quod legētib;
est scriptura, hoc idiotis præstat pictu-
ra. Nullum igitur mandatū est in no-
uo Testamēto de Imaginibus tollēdis,
sed eis uti possumus ex libertate Chri-
stiana, tantū caueatur abusus. Nam si
alicubi esset imago, ad quam rude & su-
perstitiosum uulgus accederet, & eam
ueneraretur, & apud eam auxiliū quære-
ret, hanc debet certe Magistratus eius
loci tollere, ne idololatria cōmittatur,
Exemplo Ezechia regis, qui æneū ser-
pentem à Mose factum, confregit tan-
dē propter abusum, quia populus stoli-
dus cœperat ei diuinos honores impen-
dere, & eum adorare. IIII. Reg. XVIII.

QVOMODO DE SE-
pultura caute loquendum.

Articulus nostræ fidei præcipuus
A docet, hanc eandem carnem, quā

G v nunc

nunc gestamus, in nouissimo die glori-
ficandā & resurrecturā esse in uitā æter-
nam. Sicut enim Christus resurrexit, &
ultra nō morietur, ita Christiani omēs
resurgere habent cum corporibus suis,
inquit Athanasius in Symbolo. Quare
sepultura est à Christianis religiose tra-
ctanda, propter infallibilē spem nostrę
resurrectiōnis. Funera sunt à piis dedu-
cenda, usq; ad sepulchrū, & cum corpus
sepelitur, debet Pastor aut uerbi Mini-
ster breui concione consolari populū,
ut primo recorderet, nos omnes in Adā
esse mortuos & dānabiles. Deinde rur-
sus nos omnes in Christo uiuificari,
qui omnia restituit, quæ prius Adā cor-
rupit & perdidit. Ipse enim mortuus est
propter peccata nostra, quę omnia ipse
sua morte expiauit, & nostram mortē
aboleuit, Et factus est omnibus Christi
fidelib⁹ Resurrectio & Vita, Qui credit
in eum,

in eum, etiamsi mortuus fuerit, uiuet.
Et omnis qui uiuit, & credit in eum, nō
moriatur in æternū, Ioh. XI. Corpora
nostra mēbra sunt Christi. Sicut igitur
deus suscitauit Christum Dominū &
caput nostrū, Ita & nos suscitabit per po-
tētiam suam. I. Cor. VI. Hic tractet cō-
cionator locū illū. I. Thess. IIII. Nolo
uos ignorare fratres, usq; ad finem, uel
aliquē locum ex. xv. ca. I. ad Cor. de glo-
riosa resurrectione Christi, & Christia-
norū, ut articulus ille, Credo huius car-
nis resurrectionē, firmiter imprimatur
cordibus hominū, & fides resurrectio-
nis confirmetur & exerceatur. Recte e-
nim Ambrosius ait super Epistolę I. ad
Cor. XV. cap. Omnis spes credentiū in
hoc sita est, quòd mortui resurgent.

Hæc cęremonia honestę sepulture
semper fuit in Synagoga, & in Ecclesia,
& est testimoniū nostrę fidei, qđ credi-
mus

mus resurrectionem carnis, Et nostræ
charitatis erga proximos defunctos,
quos credimus nō esse amissos, sed tan-
tum præmissos, non dubitantes, nos in
die Domini omnes amicos nostros rur-
sum uisuros, & mansuros simul cum
Christo in æternum.

Erat certè in ueteri Testamēto hor-
ribilis pœna, priuari sepultura, & cada-
uer proiici sine honore, ut uidemus, 5.
Reg. 13. 4. Reg. 9. Iere. 8. 14. 16. 19. 22. 34. 36.
Ezech. 39. Pater noster Abraham non
ne Saram suam sepeliuit in Hebron ho-
noricè, qui locus sepulture Patriarcha-
rum deinceps erat, Gen. 23. 26. Similia
lege de aliis patribus Gen. 35. 37. 39. 47.
49. 50.

Nonne filius uiduæ cū honore effe-
rebatur extra Nain, Luc. 7. Lazarus ho-
noricè sepultus erat in Bethania?

Sæpe in sepulturis inculcētur popu-
lo


lo uerba hæc consolatoria, uel similia.


Psal. 71. Pretiosus erit sanguis eorū
in oculis ipsius, & loquitur de Christia
nis, quorum sanguis Deo curæ est.


Et Psa. 115. Preciosa in cōspectu Do
mini mors sanctorum eius, Non autē
esset preciosa, si corpus, altera pars ho
minis, non resurgeret.

I. Cor. X V. Corpus seminatur, sepe
litur in terram instar seminis, in corru
ptione, in ignominia, in infirmitate,
sed resurget in incorruptibilitate, glo
ria & potentia.

Obsecro uos fratres per Christum,
primitias resurgentium, ut ad uerbum
ediscatis xv. caput primæ ad Corinth.
ut apud morientes, & in sepulturis, sem
per ex eo consolationē in promptu ha
beatis, Det uobis Dominus in omni
bus intellectum, A M E N.











Th

1413